

QUESTIO LXIV.

Quare cum lex Evangelica sit lenis, et suavis, hic tanquam pondus supponitur? Et quidnam hoc pondus importet?

500. Ticon. Strab. Viegas.

Nahum. 1. Habac. 1. D. Hier. Symm. Ex laboribus fit assumptio, et corona ad gloriam.

Job. 31.

501. Andr. Cal.

Disputatio- num pondus durum, et valde grande.

502. D. Bernard.

Lex vetus grande pondus.

gnum pondus erat; Primo propter precepto- rum multitudinem; non in ea precepta ex Abulens. q. 1. in c. 27. Deut. & q. 24 in c. 1. Ruch. & Lyrano ibi fuerunt tredecim super sexcenta. Ex Rabbi vero Moyse Aegyptio precepta affirmativa fuerunt octodecim super centum; negativa vero trecenta sexaginta quin- centum; que iuxta numerum dierum totius anni. Se- cundo erat pondus propter preceptorum diffi- cultatem. Tertio quia cum tot, ac tanta essent, & tam difficilia, non habebant Sacramenta, que conferrent gratiam ex opere operato.

Quarto pro vera, ac germana interpretatio- ne huius loci alia supponenda sunt; & primo hic ad ethn. cos, sive gentiles ex gentilitate ad- venientes preceptum esse sermonem. Secundo, quod pondus aliquid erat post conversionem huiusmodi gentibus, abstinere se a fornicatio- ne & ab idololatriis iuxta preceptum Apostol- icum Act. 15 n. 28. Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam necessaria, ut abstinere vos ab immolatione stru- cturorum, & fornicatione, &c. Ubi nos habemus oneris; Græcè est ponderis; & aliquid erat de- nudo convertis abstinere se a fornicatione, & ab omni esca, quibus erant assueti. Tertio notan- dum quod manentibus in gentilitate longè majora onera fuisse eis imposita à suis falsis numinibus, ut: p'ud aliquos quod filios suos demonibus sacrificarent.

Hoc posito sic exponenda præfata verba; Non mittam præter legem Evangelicam, quæ jugum suave est, aliud pondus, quam abstinere à fornicatione, & ab idololatriis, quod quidem respectu eorum, quæ vobis à gentibus impone- bantur, leve onus videri debet. Jezabel autem sciens hoc mandatum. Evangelicum aliquo modo pondus eis esse præcipiat libertati carnis assuetis, urgebat Thyatirenses, & hoc prædi- caba gravissimum pondus, ut exinde leges, ac jugum Christi excuterent: his ergo Christus occurrit præfatis verbis, ac si diceret; vetare fornicationem, & idololatra pondus quidem aliquod vobis videtur, sed longe minus est, quam quod vestris idololatriis, ac Judæis im- positum; ideo hoc minus servate, ne majori gravemini.

Sed dices. Cùm Christus hic ait, non mit- tam super vos aliud pondus: supponit etiam legem suam esse pondus de qua ipse ait: Jugum meum suave est, & onus meum leve. Matth. 11. n. 29. Quomodo ergo vocat hic pondus? Res- pondet hic D. Thomas. Pondus legis est trahens deorsum per timorem; pondus Evangelii sursum per amorem Lex vetus ponderosa trahens deorsum per timorem penarum, quas comminat- ur. Lex vero Evangelii est pondus habeat, leve est sursum ferens præ amore.

Moyles cum populo suo graditur per me- dium siccæ maris. Exod. 14. n. 22. Non timetis, ambulat super aquas maris. Matth. 14. n. 25. Cur pedes Moylis tam graves, ac ponderosi; ut solida, & firma terra ad sui gressus indige- rent; pedes vero Petri sic leves, ut in summi- tabus aquarum iter facerent; quod notavit D. Ambrosius. Epistol. ad Horontum. Moyles ait, in imo ambulavit mare, in summo Apostoli. Moyles onere legis sic gravatus erat, ut ad im- terra descenderet, ac Petrus iugo legis gratia sic levis, ut ab ipsa lege, tanquam alis sursum

Abulens. Lyran. Rabbi. a. oyl.

Aligua pra. noiauda.

Act. 15.

Græc.

504. Germana interpretatio.

505. Lex vetus ponderosa timore, Christi vero leve amore.

D. Thom.

506. Exod. 14. Matth. 14. Lex Christi non onerat, sed susle- vat.

ferretur. Huc advoco. quod eleganter de lege gratia dicit D. August. serm. 21. de verbis Apo- stoli. Hæc sarcoma, ait, non est pondus onerans, sed ale voluptari. Sic & ad illa verba Christi D. Math. 23. n. 37. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina. Ubi Christiani congregati sub lege Evangelica comparantur avibus pennatis. Sic ait D. Hilar. Nunc alterius generationis oritur, & calore confortis renati in cælesti regnum tanquam pennatis corporibus evolarent. Lex Evangelica sic levis ut ad volatum inserviat.

Secundo, Ad propositam difficultatem. Lex Christi pondus ut supponitur hic in textu, & modo dixi, & suave, & leve jugum; jugum grave & ponderosum rebellibus & obliquatis, suave & leve amantibus. D. August. de natura, & gratia, c. 69. Omnia, ait, facilia sunt chari- tati, cui uni Christi sarcoma levis est iuxta illud 1. Joan. 5. n. 3. Hæc est charitas Dei, mandata eius custodiamus, & mandata eius gravia non sunt: Ad hoc respiciens Ista ait, c. 10. n. 20. In die illa computrescet jugum a facie olei. Oleum unctioem significat charitatis, à facie eius jugum computrescit, tantum amoris calorem ex sua intrinseca ratione adjecit chari- tatis, ut computrescat, extingatur, ac pe- rishatur onus, ac pondus, quod jugum inferre poterat, & hoc ait Propheta. In die illa tempus legis gratia respiciebat ut communi- ter ibi expositores interpretantur.

Quid salubrius manna cælesti: de illo ta- men dicebant Judæi Num. 21 num 5. Nauseat anima nostra super cibo isto terribili. Quid du- rius homini, quam verbera, carceres, ac per- secutio: aiebat Paul. Colossens. 1. num 24. Gaudeo in passionibus vestris. Unde in manna nau- sea, & in passionibus gaudia: sanè nec man- na nauseam nec passiones gaudia afferre poterat, sed humani affectus in causa erant, quod illi nauseam crederent in cælesti cibo, & autem gaudia in ipsis doloribus inveniret. Ecce affectus suscipientium quid pariunt, adeo ut Pauli gustus dulcia, & facilia faceret, quæ alioquin durissima erant: & Judæorum ta-edium instar mortis haberet (a utiferam man- na escam Angelorum manibus preparatam, sic & ad præcepta se habent humana corda, si magno amoris affectu suscipiuntur suavia, & præjudicia reputantur: si vero rebelli, ac obstinato animo rigida, & dura judicantur.

D. Chrysostomus in Psalm. 111. sic ait; Dis- cilitate non natura preceptorum, sed multo- rum solet socordia esse. Itaque si quis ea cum studio, & alacritate animi suscipiat, vide- bit ea esse levia, & facilia. Quando cum man- fraebantur suavia, & agere se habent, & motum exspirant. Paulus autem cum fame confidit, gaudet, & exultabat. Illi dice- bant: anima vestra arida est in manna. Eduxisti nos ut interficeres. Paulus autem, gaudeo in passionibus vestris.

ap. n. 26. Et qui vicerit, & qui cus- todierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gen- tes.

Num. 27. Et reget eas in virga fer- rea, & tanquam vas figuli confringentur.

VERSIONES.

D. Aug. n. 26. Qui vincit, & qui servat usque in finem opera mea, dabo illi gentes. Et ille qui vincit, & ille qui servat. Arias. Et vincens & custodiens. D. August. Et pascet eas in virga fer- rea, & tanquam vasa fictilia confringentur. Syrus. Et sicut vasa figuli com- minuentur. Arabicus. Et quasi vasa argillæ con- teres ea. Pagnin. Et tanquam vasa figu- lina.

EXPOSITIO XV.

Et qui vicerit: non cedens erroribus, ac persuasionebus impiæ Jezabelis. & eius sequacium Et qui custodierit usque in finem, cum perseverantia, ac constantia finali; opera mea; id est, mandata mea, opera enim sua vocat, quæ ipse præcipit. Joan. 6. n. 29. Hæc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille, & c. n. 9. n. 7. Me oportet operari opera eius, qui misit me.

Qui ergo custodierit opera mea, mandata nempe mea meo exemplo firmata usque in finem vitæ, dabo ei potestatem super gentes. Respicit diem iudicii, in quo à Deo consti- tuentur iudices orbis terrarum cum Christo, impiæque gentes condemnabuntur: Et reget eas in virga ferrea, ut rigida & severa sententia puniantur, & tanquam vasa figuli confringentur. Ut nempe confringentur, id est, irreparabili- ter in æternam mortem, & gehennam præci- pitentur.

QUESTIO LXV.

Potestas data Christo à Patre suis pro- mittit, cum ait de victore, Dabo illi potestatem super gentes.

Primo, Ansbert. Beda. Primas Richard. Interpretantur hic promitti Ecclesiæ, ejus- que Prælati conversionem, & subjectionem gentium, quæ à Deo Patre promissa est Chri- sto. Psal. 2. n. 8. Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra. Unde Alcazar. magnam scilicet vim, & efficaciam in gentium conversione, & sanctificatione.

Secundo, Ferrarius, & in idem coincidit da- bo illi potestatem super gentes, nempe ut omnis illarum perversitas, superbia, obstinatio, & durities

509.

Joan 6. Joan 9.

510.

511.

Alcazar.

512. Ferrar.



fortiter perinde futura sit, atque vas ex creta, & figulinum respectu virgæ ferreae, nec plus ei possit resistere, quam tali virgæ dictum vas.

513. Tertio, aliqui exponunt de temporali premio nempe ne temporali regimine, seu fastigio temporalis officii, & dignitatis, quam Deus daturus est ultis, ut cæteris debite præsentent, & eos gubernent, ac regant. nam ubi nos legimus, reget eos, Græce habetur *pasce eos*, &c.

514. Ab hac ultima sententia incipio, quæ non placet, nam multi iusti tale præmiu temporale, ac dignitatem non accipiunt. deinde quia multi qui in se quidem iniusti sunt, debite & cum laude talem dignitatem exercent. Prima & scilicet sententia probabilis, tamen contra urget id, quod dicitur in textu; *Qui viderit, & custodierit opera mea usque in finem*. Ergo præmiu quod hic promittitur, est post mortem, quæ simpliciter finis dicitur; nec sat est id quod aliqui dicunt usque in finem perfectionis. Quia ex hoc dato sequitur, quod homo non poterit ultra progredi in perfectione, quia post finem non datur progressus.

515. Vera & genuina sententia est quam secutus sum in expositione: sermo est in præsentia de potestate, quam sancti exercebant in die iudicii in omnes gentes iudicantes eas cum Christo, & æternæ mortis supplicio traentes iuxta illud Sap. 3. n. 8. *iudicabunt, & dominabuntur populis*. Hanc potestatem, quam Christus ut homo à Patre accepit, promittit se dare vincens, ut eos iudicent, à quibus tentati sunt; sic ait Christus in præsentia, *dabo illi potestatem super gentes, quam accepi à Patre meo*; sic hunc locum interpretatur Lyran. qui ait, *dabo illi potestatem in finali iudicio, in quo perfecti iudicabunt cum Christo, & sic habebunt potestatem super gentes iudicandas*. Similiter Carth. Hugo, Ribeira, Cornelius, & alii.

Pro maiori doctrina gratia, aliqua hæc consideranda. Et primò, Richard. Victor. Ille etenim, ait, *qui ad perfectionem sanctitatis curas peringere, ipse est dignus alios regere, malos & in ratione dignos iudicare, bonos salvatione dignos*. Proponitur præmiu ei, qui mandata usque ad consummationem vitæ servaverit, & qui victor de spiritualibus hostibus exierit; cur ad hanc potestatem, & regimen requiritur, ut omnium victor usque ad consummationem sit; quia ille alios regere, ac iudicare creatur, qui de vitiis triumphat, & qui mandata Dei perfecte agnovit adimplere, quod etiam docet h. c. D. Thomas.

517. Secundò, Ambros. Ansbert. Sciendum, ait, *quia & ipsi prædicatores, qui ex fidelibus populis eliguntur, eum potestatem super eos accipiunt se ipsos prius convincunt, sibi que uolunt, quam in aliis exercent, in se ipsis saltem custodia tenere student, sicque ab illis compescunt se ipsos, sicut subditos compescere sat agunt, ut dum ipsi, in quibusdam delinquent, exemplo sua correctionis super peccantes subditos disciplina vigorem extendant*. Similiter Rupertus, cur solum victori hæc potestas pollicetur? Bene enim potuit hæc potestas concedi nullo habito respectu ad victoriam: alto tamen dictamine dicitur; *Qui viderit, dabo illi potestatem super gentes*. Sanè qui se ipsum vincit, seque ipsum

rectè gubernat, vincens suos appetitus, hic à Christo assumitur, ac eligitur ad aliorum regimen: ni solus ille qui se rectè gubernat, aliorum gubernationem rectè exerceat.

Tertio Richardus Victorinus, *Magna promissio, ait, magnum donum hoc tribuit, hoc promittit, quod ipse accepit, quod habet ipse plenitudinis participationem*. Quid victori, ac custodienti mandata sua promittit Christus; *Dabo illi potestatem, quam accepi super gentes*. Quis unquam principum, quamvis magno affectu aliquem ex suis magnatibus prosequatur, tantam quantum habet auctoritatem ei conferat? Quomodo ergo Christus Princeps Regum ac Dominantium eam potestatem, quam à Patre habet, suis promittit daturum? tanta est Christi liberalitas, ac magnificentia in suos, ut quæ à Patre accepit, ea suis communicare velit, in eosque per altissimam participationem diffundere.

Quarto, Maxime considerandum est, quod non dicitur victor cum sibi sit assignata potestas, & dominatio in gentes, ipse sibi talem potestatem, & imperium assumet; sed dabo illi potestatem super gentes, non enim se ad prælaturas ac dignitates introduci anhelat, sed potius vocatione ac Dei nutu ad illas trahatur, ut debito suo munere fungatur, ac Deo conveniens præstet obsequium.

Ait Paulus Rom. 12. n. 1. *Obsecro vos fratres per misericordiam Dei; ut exhibeatis corpora vestra, hostiam viventem, sanctam, ac placentem, rationabile obsequium vestrum*. Quid est rationabile obsequium? Ita obsequium præstat Deo, ut possis reddere rationem peculiarem, cur ad te pertinet tale obsequium præstare, quod rectè sit, quando quis non ex proprio appetitu, sed ex alto Dei nutu se ingerit in obsequio divino præstando, nam proprius appetitus fallitur, Dei nutus rectè & convenienter agit, quod bene explicat Chrysologus citandus. *Rationabile obsequium tunc fit quando non presumptione turbatur, nec temeritate confunditur*. Ad regis obsequium militaris statio contremiscit, & cum cautè se habet in ejus mandatis, præmiu iustæ remunerationis acquirit, aliter verd temeritatis poenam præsumptrix servitus non evadit. D. Chrysol. ferm. 109. *Quis non vocatus, ait, ad aula Regis se præcipit servitium? Quis sine dignitatis insulis, titulo militari militem se ausus est profiteri? Quis sine dignitatis insulis nomen dignitatis invadit? & si hæc penes homines sollicita, cautæque sunt, si ratione constant, si convalescunt ordine, si tremore servantur, quando penes Deum magis; causa est devotio, magis tremenda servitus, magis sollicitus cultus, ut divinum ratione præstet obsequium*. Quid elegantius dici potuit? Caveat quis rationale obsequium non præstare Deo; nempe & quis Regi maximo non vocatus adesse, minime enim placiturus est de munere præsumpto.

Iustissimo timore agebatur Esther dum ut pro populo suo apud Regem verba faciat, ait Mardocheo, *Vade, & congrega omnes Judæos; quos in Susam repereris, & orate pro me; non comedatis & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis jejunabo*; c. 4. n. 16. Cur tot preces exoptantur? Cur tot jejuniæ publicantur? an ut datus à Rege pontifex absolutio

absolutionem obtineat; minime pro una tantum Esther, tot bonorum operum adjuvamina requiruntur, cum non vocata ingrediens ad Regem vivere valeat. Sic enim ipsa post postulatam legem contra legem faciens, non vocata, iradensque me morti ac periculo. Adeo sic periculosum putabat Esther ad Regem non vocata accedere, cum alioquin illi esset gratissima: quanto quis penes Deum, debet magis cautus esse: quantoque magis timere debet, ne pro obsequio præsumptivo mortem incurrat. Quis neget Ozan cadenti arca obsequium præstasse, sed magno id fecit malo suo, qui vitam statim amisit.

QUÆSTIO LXVI.

*Quare cum benignitas maxime competat Prælati, suis tamen promittit Christus ut gentes regant in virga ferrea, ut tanquam vas figuli confringantur?*

522. Iuxta auctores primæ sententiæ relatos superioris quæstionis, qui potestatem super gentes datam Apollolicis viris intelligunt de conversatione, ac reductione ad fidem; sic & præsentia verba, *reget eas in virga ferrea*; interpretantur de forti, ac vehementi efficacia ad gentes adducendas, ac fidei doctrinæ subjugandas; *Et tanquam vas figuli confringantur*, quamvis enim gentes sint maxime obstinatæ: ac obduratæ in suis erroribus, & tanquam in eis are duriores; emolliuntur tamen, & confringuntur tanquam vas testaceum, quod facili ictu comminatur, ac confringitur, iuxta illud Isai 30. v. 3. *Veniens contritio ejus, & comminutur sicut contritur lagenæ figuli contritione pervalida*.

Adveniente enim S. Spiritus gratia error gentium um destructus, ac contractus est. D. Ambros. *Per vasa figuli corda Gentilium, omnibus erroribus demonum repleta designantur, quæ à virtute Evangelii, omnis error gentium destructus est, & qui antea erant vasa stibilia; facta sunt vasa ferrea contra omnium tentamenta demonum, & contra persecutiones hominum malorum fortissima*. Antè perpende, quod dicitur *virga ferrea, tanquam vas figuli confringentur*. At in meliorem vitam reformantur, & jam non sint vasa lutea ac terrena iniquitatis, sed vasa firma ac solida tanquam ferrea adversus omnem iniquitatem, ab ipsa enim virga ferrea justitiæ vim ferream participabunt. qui enim le toto corde Deo committunt & iudicant, ut quidquid in se antiquæ iniquitatis in se habebant proiciant, & foras obijciant solidissima vasa in Deo constituantur.

Tamen quia superiori quæst. ut probabilior fecutus sum ultimam sententiam, quia hic sermo est de potestate iudicaria post finem vitæ in ultimo die iudicii; promittitur ergo iustis quod impias gentes iudicabunt, ac condemnabuntur a Christo, ut confringantur tanquam vasa lutea id est irreparabiliter in æternam mortem, & gehennam præcipitentur. Iuxta illud Matth. 19. n. 28. & Luc. 2. n. 30. *In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis, & congregaverit filii Israël, tunc ego sedent super duodecim tribus Israël*. Ita Victor. Andreas, Aretas. Lyran. Ribeira, & alii.

Et sic hic allusio ad Psalm. 2. n. 9. ubi à Patre dicitur Christo, *Et tanquam vas figuli confringet eos*. Sed cur hic similiter non dicitur *confringet, seu confringet*; sed vertitur oratio in sensum passivum, tanquam vas figuli confringentur. Mysterium est, quia in Christo potestas est ut in proprio subiecto, quia virtute sua propria confringet, & iudicabit gentes: at Sancti virtute accepta, ac communicata à Christo quod ut denotetur per passivum dicitur, tanquam vas figuli confringentur scilicet gentes ab eis.

Et dicitur, *In virga ferrea*. Primæ, *Virga ferrea inflexibilis omnis iustitiæ, regis miles, ac struit contumaces*. Superiori maxime convenit benignitas, cur ergo ei datur virga ferrea, ut sit inflexibilis & non remissus in puniendis delinquentibus; Superioris est inferiores monere, & arguere, à lapsuque opportuna reprehensione revocare nec delinquentes leviter punire: caveat Præsul, ne Heli nimium mitis vestigia premat, ut pariter cum nocentibus pereat, ut ipse cum filiis suis pariter extinctus est.

Secundò, *Virga ferrea*, Ait Iacobus 2. num. 13. *Judicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam*. Tanta debet esse Pastoris discretio, ut nec disciplina sit nimis rigida, nec misericordia fiat remissa. Quomodo ergo hic dicitur, quod regendi sunt subditi à Pastore in virga ferrea quæ solum rigorem indicat omnemque profus videtur excedere misericordiam; non ita sit inflexibilis superior, ut omnino omnem excludat lenitatem, sed aliquid habeat admixtum de ea. S. Thom. *Sensus est, ait, Reges in virga ferrea hoc est, iustitia inflexibilis ad remissionem, non tamen inflexibilis per alicujus lenitatis adjunctionem*. Et citat D. Gregorium Magnum dicentem *Utrumque commenatur ex altero, ut nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo sit dissoluta; si autem quandoque propter quorundam obstinationem, vel aliam culpam ex speciali causa oportet se verius agere, tunc servanda est lenitas charitatis in corde. Prælati sit inflexibilis ut virga ferrea; quæ quamvis dura, rigida, & inflexibilis tamen ad ignem admota facile domatur, & flectitur*. Antistes, etsi iustitia sit rigida, ut in nullam partem oaveatur, tamen per lenitatis adjunctionem ex charitatis igne inclinatur ad clementiam, & pietatem.

Tertio, ad indicandam integritatem dicitur de eo scilicet Christo in Psalm. 2. *Reges eos in virga ferrea*. Verum ad quid additur; & tanquam vas figuli confringet eos, scilicet rebelles & adversarios, sed ad quid hæc comparatione utitur? Nil f. cillus, quam vasis figuli confractio. Ecce cur hæc dicuntur, quia unico ictu oculi; & facillime sibi adversarios perdere, ac destruere potest, Placidus Parmens. in Psalm. 2. *Unum quod in Deo cognoscimus, est, quod sine ulla difficultate puniunt loquentes, sicut uno imperio dicitur, & facta sunt omnia; sic eadem non nutu in nihilum redigere potest; fractio enim vasis figuli nobis facilis est, sed Deo facilior; confractio peccatorum Acti dicatur tanta facilitate eos, qui sibi adversantur, confringet, ac vas figuli confringitur.*

Quarto, Rupertus Abbas, *Reges in virga ferrea*

Victor. Andreas, Aretas, Lyran. 525. Psalm. 2. Christus iudicatur, ac Sancti virtute à Deo accepta.

Prælati gubernat iustitia inflexibilis.

527. Jacob. 2.

D. Thom. Prælati sit inflexibilis, ut aliquid de misericordia in eo reperitur.

528. Psalm. 2. Christus facillime sub adversarios destruit. Placid.

529. Ru. c. 1. ferrea

Sap. 3. Datur Sanctis nationes iudicare.

Lyran.

Carth. Hugo.

516. Richard.

Virtute perfectus, dignus est alios regere, ac iudicare.

517. Ans. etc.

Rupert. Ille assumitur à Christo ad aliorum regimen qui se ipsum rectè gubernas.

518. Richard.

Christi liberalitas suis participet facit suam dignitatem.

519. Nemo se ad dignitates i. trodicit.

520. Rom. 12.

Ille dat rationabile obsequium Deo, qui in suo nutu, sed Dei sit.

Virtute prædicationis Evangelicæ obduratio contrita est Isai. 30.

521. D. Ambr.

Qui ad Deum convertitur confringit, & a se abijcitur antiquam iniquitatem.

D. Chry.

521. Eth. 4.